

1284, juliol, 29

*Ramon Pagà, de Madremanya, capbreva a A.mau de Ribera, cavaller, el seu mas i diverses prestacions que li fa.*

ASD núm. 263, perg. orig., 175 x 235 mm.

Sit omnibus notum quod ego Raymundus Pagani, parrochie de Matremagna, cum testimonio huius presentis publici instrumenti confiteor et in ueritate recognosco uobis Amaldo de Ripparia, militi domino meo, quod ego teneo et tenere debeo pro uobis mansum meum et debeo dare et prestare quolibet anno uobis et uestris successoribus tres albergas, scilicet quamlibet unius militis, et unum par caponum in festo Natalis Domini et Camipriuorum. Preterea · recognosco quod debeo uobis et uestris dare et prestare annuatim duas taschas de omnibus honoribus et possessionibus panis quas pro uobis habeo et teneo uel aliqui teneant in dicto manso meo. Item recognosco quod debeo dare et prestare uobis et uestris successoribus de uineis meis quas pro uobis habeo unam tascam de expletis annuatim qui ibi fuerint fideliter atque bene. Pro illis albergis dabo uobis et uestris pro qualibet alberga quatuor solidos et dimidium barchinonensem monete de temo, uel uobis albergas faciam quolibet anno, ut supradictum est, uel illud quod uos magis uolueritis uel placuerit uestre uoluntati. Sed tamen ego recipiam et recipere debeam duos solidos et .nu.or denarios censuales barchinonenses monete de temo de honoribus et possessionibus quas antecessores mei alienarunt et uendiderunt de dicto manso meo racione duarum gallinarum et decem denarios censuales et dictos .n. solidos et .nn. denarios habeam et recipiam de albergis superius notatis, et uos ulterius recipiatis predictos .n. solidos et .nu.or denarios quos ego inde accipiebam de illis honoribus et possessionibus, ut superius expressum est. Et promito uobis bona fide hoc totum uobis uel uestris successoribus facere et prestare quolibet anno, ut predictum est, promitendo quod contra predicta non ueniam nec uenire aliquem nomine meo faciam uel permitam iure aliquo siue causa, obligando ad hec uobis et uestris omnia bona mea habita et habenda ubique, iurando per Deum et eius sancta .nn. Euangelia corporaliter tacta predicta omnia attendere et numquam contrauenire, ymo hec predicta omnia rata et firma et inuiolabiliter obseruare perpetuo ut est dictum. Et ego Arnaldus de Ripparia predictus confitens et asserens predicta omnia, laudo et firmo supradicta omnia superius nominata.

Actum est hoc .nn. kalendas augusti anno Domini .Mec. octuagesimo quarto.

Sig+num Raimundí Pagani,. sig+num predicti Amaldi de Ripp<l;ria, qui hoc firmamus et laudamus. Sig+num Amaldini, filii dicti Arnaldi de Ripparia, qui hoc iurando firmo et lauda. Testes sunt Arnaldus de Miliariis, miles, et Berengarius de Petrono, de Piru.

(s. man.) Raimundí de Sancto Antonio, publici scriptoris de Monellis, qui hoc scribi fecit et clausit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 552-554